

195

a iiii

contractum. hoc est in pona continentiae frenum & manum disciplinae ne auferat ab ea. Sicut in pona manum carnis suae ille qui dicebat. macero corpus meum & seruituta subicio. Ne forte a malo predicauero ipse reprobus efficiat & iugem eon contractum moralis carnis sine dubio membrata quaerunt super terram. sed & filii aaron sacerdotes offerant sanguinem eius. Sacerdos incestus & filius eius mens quam incestus & sensus eius qui merito sacerdos uel filius sacerdos appellatur. soli enim sunt qui intellegunt deum & capaces sint sciendae di. uult ergo sermo diuinus ut rationabili sensu carnem tuam in castitate offeras deo. secundum quod apostolus dicit. hostiam uiuam sanctam placentem deo rationabile obsequium uestrum. & hoc est per sacerdotem uel filios sacerdotum offerre sanguinem ad altare. cum & corpore & spiritu quis castus efficiatur. Sunt enim & aliqui offerunt holocaustum quidem carnem suam sed non per ministerium sacerdotum. Non enim sciunt nec secundum legem quae in ore sacerdotum est offerunt. Sed sunt quidem casti corpore. animo autem inueniuntur in casti. aut enim gloriae humanae concupiscentiam maculantur. aut cupiditate auaritia polluantur. aut inuidiae aculorum infelicitate fordescunt. uel furentis odii & irae inmanitate uexantur. Qui cum quae ergo tales sunt licet corpore casti sint tamen non offerunt holocausta sua per manus & ministerium sacerdotum. Non est enim in eis consilium & prudentia quae sacerdotio fungitur apud deum. Sed sunt ex illis quinque uirginibus stultis. quae uirgines quidem fuerunt & castitatem corporis serua uerunt. Oleum autem caritatis & pacis & reliqua non uiracum inuasit suis condere nescierunt. Et idcirco exclusae sunt a thalamo sponsi. Quo sola carnis continentia ad altare dominicum non potest peruenire. si reliqua uirginitatis & sacerdotalibus ministeriis deseratur. & ideo quae haec legimus uel audimus in uicam quae partem operam demus casti esse corpore. iectimenter mundi corde moribus emendatq; proficere in operibus. uigilare in scientia fide & caritate. gestus & intellectu. et per facta ut ad similitudinem hostiae christi conformari mereamur. propter ipsum deum nostrum in deum christum pro quem deo patri omnipotenti cuius est gloria & imperium in saecula saeculorum.

EXPLICIT OMEL PRION